

THE DESCRIPTION OF THE WORLD^s ACCOUNT OF CA POLO
Millesimo trecentesimo decimo nono mensis septembris die decima intrantis
iudicione tertia Riualti. Testificor Ego Marcus galetus minister curie palacij quod
Die Nono intrante suprascripto mense propter Preceptum domini nostri Johannis
superanco incliti venetiarum ducis & per legem iudicum inuestiui Ad proprium
ad nomen Marci paulo de confinio sancti Johannis grisostomi Cunctas & supertotas
duas proprietates que sunt Hospicia et Camere posite in suprascripto confinio
sancti Johannis grisostomi, Que fuerunt Nicolay paulo. Prima quarum est Duodecim
Hospicia siue Camere et Caminum simul conjuncte uersus Riuum in quantum
comprehendunt tam sub se quam supra se. Secundum quod dicta proprietas siue
hospicia firmat ab uno suo capite tam superius quam inferius in muro comuni
huic proprietati & proprietati marci et stephani paulo fratrum. Et ab alio suo
capite firmat in vno alio muro comuni huic proprietati & proprietati predictorum
marci et stephani paulo fratrum. Ab vno suo latere firmat in suprascripto Riua.
Et ab alio suo latere firmat tam superius quam inferius in Salis siue porticis, que
sunt Comunes huic proprietati & proprietati suprascriptorum marci et stephani
Paulo fratrum. vnde Hec proprietas siue ipsa hospicia habent introitum & exitum per
omnes scalas positas a capite dictarum salarum siue porticuum usque ad curiam et
ad uiam comunem discurrentem ad Ecclesiam sancti Johannis grisostomi & alio, Et
est sciendum quod Curia Putheus gradata et latrina sunt omnes Comunes huic pro-
prietati & proprietati suprascriptorum marci et stephani Paulo fratrum. Altera
proprietas que est vna Cusina que posita est in solario firmat Ab vno suo capite
supra Curiam. Et Ab alio suo capite firmat in muro comuni huic proprietati &
proprietati siue Cusina proprietatis predictorum marci et stephani Paulo fratrum.
Ab vno suo latere firmat in muro comuni huic proprietati & proprietati predictorum
marci et stephani Paulo fratrum. Et ab alio suo latere firmat partim in scala, et
partim cum sua via propria in dicta scala vnde dicta cusina habet introitum &
exitum per dictam scalam comunem usque ad curiam comunem qua itur ad uiam
comunem et Ad Ecclesiam dicti sancti Johannis grisostomi. Et est sciendum quod
dicta curia et Putheus gradata et latrina sunt omnes comunes huic proprietati et
suprascripte alterius proprietati & proprietati dictorum marci et stephani Paulo
fratrum. Propter duas cartas completas & Roboratas vna quarum est Manifestacionis
carta facte Anno Ab incarnatione domini nostri Jhesu xpisti millesimo trecentesimo
sexto mensis marcij die sextodecimo intrantis iudicione quarta Riualti. Qua
Manifestum fecit ipse Nicolaus Paulo filius condam marci Paulo de confinio
sancti Johannis grisostomi cum suis heredibus, eidem marco Paulo de suprascripto
confinio sancti Johannis grisostomi et suis heredibus, quod ex tunc usque ad duos
annos debebat dare per se uel per suum missum sibi uel suo misso hic in Riualto